



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 34. Martini Del-Rio mors.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

contemnunt. In secundo vehementer Sæc. XVII.
declamat contra illam perniciosa li- A.C. 1608.
centiam, qua quivis typo, quem cæ-
cum & quæstus famelicum appellat,
libros pietati, Religioni & moribus no-
xios committere permittitur. In tertio
dialecticam ad confundendos hæreticos
oppido necessariam censens, eam a Theo-
logis negligi & a Jureconsultis contemni
deplorat: postremas Franciæ & Ger-
maniæ calamitates inde exortas affe-
rit, quod Episcopi nec pietate nec do-
ctrina præstantes fuerint; hinc præpri-
mis in Theologiæ studio summam Divi
Thomæ prælegendam, postea Eccle-
siasticæ Antiquitatis monumenta, Conci-
lliorum decreta, Historiam Ecclesiasti-
cam & Sanctorum Patrum opera & ju-
ris Canonici decreta sedulo perlustran-
da suadet. Demum Concilii Florentini
editioni præmittit adhortationem ad
Græcos, ubi de eorum schismate satis
eruditæ discurrit.

§. XXXIV.

Martini Del-Rio mors.

Non minus claram eruditionis famam
post se reliquerat Martinus Anto- Dupin. l. c.
nius Del-Rio, qui Hispani ac prædivi- pag. 39.
tis Nobilis Filius anno Christi millesi- Alegambe
mo quingentesimo quinquagesimo pri- Bibl. S. J.
Z 2 moræus Script.
in vita Mart. Langefeld
Delrio Mi- Sac. VII.

Sæc. XVII. mo Antwerpiæ natus a teneris indo-
A.C. 1608. lem ad literas valde propensam exhi-
bebat, atque in patria sua humaniori-
bus literis imbutus Parisiis Rhetorica
& Philosophiæ præcepta Magistro Ma-
donato hauriebat, inde in Belgium re-
versus post exculta Duaci & Lovaniij-
ris studia Salmanticæ Lauream docto-
ralem emeritus est. Postea Brabantia
Senatus Consiliarius, supremus Belgii
exercitus Prætor, Vice - cancellarius
Brabantinus, Fiscique Procurator sele-
ctus alia adhuc hujus Provinciæ mu-
nia obibat, quas tamen dignitates po-
exortos Belgii tumultus Anno salutis
millesimo quingentesimo octogesimo de-
posuit, ac ferme triginta annos natu-
Vallisoleti Societatem ingressus est, ut
eruditionem suam Philosophicam &
Theologicam Lovanii, Moguntiæ, Duaci,
Leodii, Grætii & demum Salmantice
anno post Christum natum millesimo
sexcentesimo quarto ad Auditorum uti-
litatem impendit: inde vero Lovanium
revocatus tertia post adventum suum
die decima nona Octobris obiit.

§. XXXV.

*Eiusdem Scriptoris opera, ac de his
judicium.*

Vix